Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36553
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

indilectione eius offendas. Esto infide iustus. habeto infide recta
conuersationē scam. Quē inuocas fide. non abneges opere. A bomnib;
quę lex vetat abstine. oma quę scriptura prohibet caue. Nihil contra
preceptum di facias. uiue inbono nullo adiuncto malo. Bonos mores
nulla conuersatio praua coinquinet. opera recta sinistra facta non ma-
culent; Non admisceas uirtutibus uitium. non adiungas bonis malum;
Malum mixtum bonis contaminat plurima. unum malum multa bona
perdit; Qui in uno peccauerit ceto eum omnib; uitiis subiacebit; Per unū
malum. multa bona possunt subuerti. In id quod delectatur corpus. ani-
mum non inclines. Qui libidinosus est

Carnali delectationi consensum non prebeas. non des animā tuam in
potestatē carnis. refrena mentē abappetitu carnis; Cor tuum cor-
tidie discute. cor tuum cotidie examina; Priuata examinatione. occul
torum tuorum discute latebras; A cogitatione noxia custodi animā tuam.
mentē tuam turpis cogitatio non subripiat. Discerne cogitationes tuas.
munda conscientiam tuam apeccato. Sit animus tuus abomni pollutione
purgatus. sit mens tua pura. nullę ibi sordes resideant; Sic uitium abste
exterge. ut nec animo quippiam apud te remaneat. scito de te & de cogi-
tationibus tuis iudicandum. Ds conscientias iudicat. ds non solum carnem
sed & mentē examinat. ds iudex & de cogitationib; iudicat animam; Quando
te titillat praua cogitatio. non consentias illi. quando aliquid suggesserit in
licitum. non ibi teneas animum. Prauam peccati suggestionē contēne. non
sinas eam incorde tuo manere. Quacūq; hora uenerit expelle eam. ut apparu
rit scorpio contere eum. Calca serpentis caput. calca prauę suggestionis initiū.
culpam ibi emenda ubi nascitur. in ipso initio cogitationis resiste. & euacuis
cetera. Aduersus initium cogitationis certa & uinces. caput cogitationis ex-
clude. & cetera superantur. Si spreueris cogitationē acorde. non erumpit in
opere; Si cogitationi non consenseris. operi ceto resistis; Quē delectatio non
rapit. consensio sibi non subdit. Non enim potest corpus corrumpi. nisi pus
animus corruptus fuerit; Dum anima labitur. statim caro adpeccandum
parata est. Anima enim carnē precedit incrimine. nihil q; potest caro facere.
nisi quod uoluerit animus. Munda ergo acogitatione animum. & caro non
peccat; Si enim uoluerit uincere te omnino non poterit De fornicatione